

CAPVT. XVII.

A non admisione, seu reiectione appellationis emissa super aliqua causa, eo puta; quia sunt tres conformes, vel alias est causa inappellabilis; appellationi interiecta iudex non deferens violentiam facere, an dicitur.

SYMMARIVM.

Sententia lata super impotentia appellandi est interlocutoria. n. 1.
 Sententia lata super articulo iuris est interlocutoria. n. 2.
 Sententia lata super impotentia appellandi licet sit interlocutoria, habet vim diffinitiuam. n. 3. & n. 6. vide n. 49.
 Appellatio non est licita ab interlocutoria mere. num. 4.
 Appellatio licita est ab interlocutoria habente vim diffinitiuam. n. 5.
 Appellans, cuius appellatio à iudice rejicitur, an teneatur iterum appellare. n. 7.
 Interlocutoria super non admisione appellationis preiudicat appellanti, & ideo ab admisione appellare debet. n. 8.
 Appellationem ab interlocutoria si iudex rejiciat, si iterum à reiectione non appelletur, an maneat deserta appellatio. n. 9.
 A iudice reiectione appellationem tanquam friuolam, si pars non appellet, videtur reiectioni consentire. n. 10.
 A reiectione appellationis appellatio non est licita in ijs casibus, quibus ius appellare prohibet. num. 11.
 Appellationi à reiectione appellationis an sit deferendum, pendet à natura cause principalis, à qua interponitur an illam admittat, vel non. num. 12.
 Iuris executio non grauat. n. 13.
 A reiectione exceptionis non debito aut legitimo tempore opposita appellationi emissa non defertur. n. 14.
 Executore reiectione exceptionem friuolam appellationi emissa non defertur. n. 15.
 A iudice reiectione petitionem eius cui ius denegat audientiam, appellationi interposita non deferendum. n. 16.
 Duae sententiae ubi sic se habent, ut una veniat in executionem alterius, si non potest appellari à prima, nec poterit appellari à secunda. num. 17.
 Appellatio ubi à iure est prohibita, si admitteretur à iudice illam reiectione, de nihilo seruiet prohibito. n. 18. & 21.

Quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. n. 19.
 Appellatio cum prohibetur, censetur prohibitum omne per quod peruenitur ad illam. num. 20. & 21.
 Appellatio emissa à reiectione appellationis ubi de iure non admittitur, contraria dicitur iuri, & ei resistit. n. 22.
 Facta contra ius debent utique pro infectis haberi. n. 23.
 Appellatio à reiectione appellationis, ubi de iure est prohibita, dicitur friuola, quia nullum potest iuris effectum sortiri, nec unquam professe. n. 24.
 A iudice ut iuris executore procedente non licet appellare. n. 25.
 Durum est contra stimulum calcitrare. n. 26.
 Sententia lata vigore tertia appellationis super eodem articulo an sit nulla ipso iure. n. 27. & n. seqq.
 Sententia lata contra sententiam translata in rem iudicatam est nulla ipso iure. n. 28.
 Prima sententia alijs duabus confirmata non potest rescindi. n. 29.
 Appellatio tertia in eodem articulo cum non valeat, non deuoluit causam. n. 30.
 Exceptio ubi sit opposita appellationem esse tertiam, & iudex se competentem pronuntiet, sententia lata eiusdem tertia appellationis vigore erit valida. n. 31.
 Text. in c. sua nobis. de appella. interpretatur, ut appellatio non sit admittenda à reiectione tertia appellationis in aliquo articulo. n. 32.
 Appellatio admittitur à reiectione appellationis emissa in casu, quo iudex illam admittit. n. 33.
 Iudex secularis iuste denegat suum auxilium petentibus ab Ecclesiastico pro executione sententiae, quam per legitimam appellationem comperit esse suspensam, quam noluit admittere. num. 34.
 Appellatio non admittitur à reiectione appellationis emissa, ubi alias iure est prohibita. numero 35.
 Appellationi à reiectione appellationis emissa ab interlocutoria ubi iure est prohibita, non defertur. n. 36.
 Appellationem ut iuste iudex rejiciat, causa debet esse aperta. n. 37. & 39.
 A reiectione appellationis per superiorem facta cum causa cognitione aut sine illa, an & quando sit appellationi deferendum. n. 38.
 Appellationi à reiectione appellationis cuius prohibitionis causa est aperta, deferendum non est. num. 39.
 Capicium & alij asserentes indistincte appellationem esse licitam à reiectione appellationis, declarantur iuxta nostram distinctionem. n. 40.
 Notorium aut manifestum ubi est, appellationem esse nullam & non recipiendam, potest iudex

iudex licite in causa procedere non obstante appellatione. n. 41.
 Secus si simus in dubio, quia tunc regula generali est standum, dum de casu exceptio non apparet. n. 42.
 Appellatio à reiectione appellationis legitima admittenda à diffinitiuam eo ipso censetur infirmata. n. 43.
 Secus in casibus à iure prohibitis. n. 44.
 Vim non fieri, declarabit senatus appellationi non deferentem à reiectione appellationis non legitime, sed iure prohibita. n. 45.
 Secus e converso. ibidem.
 Beneficium concessum per ius commune ubi rejicitur à iudicio, licita est appellatio. n. 46.
 Appellatio si rejiciatur per iudicem dicentem, eo quod causa sit inappellabilis, cum reuera appellabilis sit, iudex nihil debet innovare. n. 47.
 Appellatio si iure teneat, licet non deferatur, eius vigore iudex inhibetur iuris potentia, & ministerio. n. 48.
 Sententia super impotentia appellandi licet habeat vim diffinitiuam, non tamen admittit appellationem, ubi iuste lata sit speciali ratione. n. 49. & n. 50.
 Appellatio à reiectione appellationis quandiu sit necessaria. n. 51.
 Cognitione an appellatio sit deferendum nec ne ad effectum exequendi sententia pertinet iudici à quo. n. 52.
 Cognitione an appellatio sit legitima, admittenda vel non admittenda, pertinet iudici ad quem. num. 53.
 Appellatio quando euidenter est calumniosa, cognitio pertinet iudici à quo. n. 54.
 Opposita exceptione super impotentia appellandi, debet adhiberi causa cognitio ex inspectione actorum. n. 55.
 Intimari debet appellanti, an iudex deferat appellationi. n. 56.
 Declaratio iudicis à quo an sit deferendum necne, nihil detrahit virtuti appellationis, nec potentia superioris, quominus iterum illam queat renouare. n. 57.
 Appellatio quando rejicitur cum causa cognitione & parte opponente, requiritur appellatio alia. n. 58. vel proposita adhesio. ibi.
 Secus quando sine illa reiectione sit. n. 59.
 Reiectione appellationis eo quod sit friuola, vel alia causa expressa, requiritur nouam appellationem. num. 60.

Solet iudex appellationem à parte interiectam quoties viderit propositam in casu, seu causa sui natura inappellabili, & non admittente appellationem suspensiuam, vel quia amplius in illa appellari, prohibetur: iuxta rubrum & nigrum C. ne lice. tertio prou. & quae c. praecedent. repellendam, non

admittendam, aut non deferendum; interloqui, à quo quia sentitur se pars grauaata, iterum appellans à repulsione confugit ad Senatum Regium pro delatione eiusdem, affirmans illam esse legitimam, & ut tali illi esse deferendum, videtur probari primò ex eo, nam licet sententia, lata super impotentia appellandi sit interlocutoria, quia non est lata super meritis cause, text. est express. in c. sua nobis, de appella. ibi, interlocutus fuit, & c. ubi notat Bald. dicens, quod sententia lata super articulo iuris est interlocutoria, nam pronuntiare, quod non est licitum, tertio prouocare; est super articulo iuris, quem caeteri ibi sequuntur, & dicit menti hoc tenendum, quia alibi nec notatur, nec scriptum inuenit, hoc idem voluit glo. in clem. fin. de appella. facit text. in l. metum §. licet ff. quod metus causa. tenet etiam per Archidia. in c. cupientes de electio. lib. 6. Guid. Papae in tractatu de appella. num. 76. tamen haec interlocutoria, quatenus declarat, tertio prouocare, non licere de iure, iuxta d. c. sua nobis. ibi, non potuisse de iure, & c. cum ponit finem causae, & ab ea excludit partem: dicitur habere vim diffinitiuam, ita adnotauit Rota decis. 86. quae incipit item si à pronuntiatione, & decis. 420. alias 424. quae incipit item si à diffinitiuam, circa medium. notat Immolet & caeteri in d. c. sua nobis. ubi Abb. Panorm. num. 3. Philipp. Franc. in princ. in 3. & 4. nota. Ioan. Anton. de Sancto Georg. in num. 2. & num. 4. ergo succedit regula, quod licet à simplicibus & merè interlocutoria appellatio non sit licita, lante sententiam C. quorum appell. non recipi lante sententia. ff. de appell. defer. tamen ab interlocutoria vim diffinitiuam habente appellationi emissa non deferens iudex vim facit, iuxta Concilium Trident. sess. 24. de reformatione c. 20. & quae nos in eius comprobationem adduximus supra lib. 2. c. 1. à princ. maxime, quia cum non expectet aliam post se, continet damnum irreparabile ex his, quae ibi, & d. c. 20. Concil. Trident. ergo & ab ista reiectione appellationis appellationi interpositae deferendum est.

Et quod sententia lata super impotentia appellandi dicatur interlocutoria respectu negotij principalis, tamen quatenus diffinitiuam articulum, & instantiam appellationis, vim diffinitiuam habere dicatur, probat post Bal. Philipp. Franc. in c. sua nobis 65. num. 3. de appella. Cardin. in clem. 1. col. 1. in fi. vers. 2. quae de appellat. & nouissimè Aloysius Riccius in prax. decis. 2. p. decis. 107. num. 5. & 6. fol. 148. vide infra num. 49.

Secundò & pro hac parte magis in specie virget & fortiter; quoniam non solum in hoc casu permittitur appellari, verum etiam appellari

lari pars necessitatur. nam si pars appellatio-
 nem aliqua causa, seu articulo prorumpens,
 iudex denegauerit delationem, ab huiusmodi
 delationis negatione teneri de iure, aliam
 appellacionem interponere, probat Innoc. in
 8 c. pastor. §. preterea col. 2. de off. deleg. vbi dicit,
 quod quando iudex interloquitur super non
 admissione appellacionis, preiudicat appel-
 lanti, nisi iterum ad dicta non admissione appel-
 letur. Vnde Cardin. ibi 6. colu. dicit, quod ad
 hoc euitandum debet appellans appellare
 etiam ad reiectionem, & sic quando iudex reijcit,
 idem Card. in d. clem. 1. de dolo & contuma. n. 9.
 sequitur Salcedus in additio. ad prax. Bernardi
 de Diaz. c. 150. num. 18. Afflicti. in confitu. reg.
 in proemio rubricarum num. 48. Roland. à Valle
 consil. 38. num. 13. volu. 1. Cened. in collectan.
 ad decretal. collectan. 17. num. 13. qui loquuntur
 in iudice ecclesiastico negante hanc delationem,
 Capic. late in decis. 34. nu. 6. Et hinc
 est, quod dicit Bertachi. in suo reperto. 1. p.
 verb. appellatio admittitur. vers. 29. quod si iudex
 à quo non vult deferre appellacioni, item
 debet appellari, allegat Card. in d. clem. 1.
 1. quest. 4. & Panormit. ibi in additione ad glo.
 & quod idem Capic. in decis. Neapolit. in d.
 decis. 34. num. 11. vbi dicit, quod quando appella-
 tio non admittitur per iudicem à quo,
 licitum est appellare ad iudicem ad quem,
 & ab eo pendet admittere vel non, ex l. si
 cuius. & l. sciendum ff. de appella. recip. Bart. in l.
 chirographis §. 1. in 1. nota. ff. de administ. tutor.
 & per Cardin. in d. clem. 1. de dolo. & contuma.
 & Mateflan. in suis singula. annot. annot. 22.
 dicit Marant. de ord. iudicio 6. p. tit. de appella.
 num. 410. quod si aliquis appellauit ab inter-
 locutoria, & iudex non admisit appellacionem,
 debet etiam ab ista non admissione appel-
 lare, aliis appellatio censetur deserta, &
 non potest grauamen reparari per appellacionem
 à diffinitiuam, quod dicit notandum,
 quia poterit per hoc sapius appellantem il-
 laqueari facere, ergo sequitur, quod si est li-
 cita, ei non deferens vim faciat.

10 Quibus conuenit, quod supra hac tertia
 parte c. 6. in fi. diximus, quod quando iudex
 appellacionem in causa ab aliquo interiecit,
 tanquam friuolam aliqua iuris ratione
 motus (de quibus nos latius in eodem
 c. 6.) reiecit, si pars huic reiectioni non con-
 tradixerit, appellacionem interponendo vi-
 detur sibi preiudicare, quia videtur agnosce-
 re, eam esse friuolam, & reiectioni consen-
 tire, secundum Card. Zabarel. conf. 32. Car-
 dinal. Tusc. 1. tom. concl. 397. ante si idem tenet
 Card. Alexandr. in c. vt debitus 59. n. 11. vers.
 & sic habetis. de appella. quem solum referens
 sequitur nouissimè Elcac. de appella. q. 17. limi.
 47. memb. 1. sub n. 166. vers. amplia secundo.

Sed contraria sententia, & opinio longe
 verior, ni fallor, & probabilior est: vt scilicet,
 ab huiusmodi appellacionis repulsione,
 reiectione, & non delatione appellacioni interiecit
 iudex non deferens, nullam facit
 violentiam (admittendo eandem scilicet in
 terminis, de quibus loquimur) nempe quan-
 do iudex repellit libellum appellacionis, in
 casu, & causa reuera, in quo sui natura ap-
 pellatio, aut prohibita est, aut delationem
 non patitur, aut aliter excluditur, puta, quia
 tertia dicitur in illo articulo, postquam bis
 iam appellauerat. sic itaque huiusmodi re-
 solutio pendet à causa principali, nam si in
 illa ius appellacionem non admittit, nec à
 iudice eam non admittente, iusque exe-
 quente appellatio licita dicitur, quia iuris
 executio non grauat, nam vbi ius non de-
 fert, nec iudex deferre tenetur. cum appella-
 tionibus friuolis nec ius deferat, nec sit à iudice
 deferendum, & c. de appell. lib. 6.

Pro quo etiam facit, nam si iudex reiecit,
 & non admisit exceptionem non debito,
 nec legitimo tempore oppositam; non est
 licita appellatio. ab huiusmodi reiectione
 interposita, text. est in c. super eo. in vers. si au-
 tem, de appellat. vbi notat per eum Ioan. An-
 to. de sancto Georg. Cardin. Alexan. num. 3.
 vers. nota ex vers. si autem. Hinc est quod exe-
 cutor non tenetur admittere, sed omnino
 reiciere exceptiones friuolas oppositas, qua-
 propter appellatio ab huiusmodi reiectione
 exceptionis friuolae iure calumniosa repu-
 tatur, nec deferitur, tradit Ancara. conf. 224.
 Berouius conf. 14. lib. 1. sequitur Rot. decis. 55.
 num. 5. in nouissimè recollect. per Farinac. 1. p. qui-
 bus conuenit text. elegans in l. eius qui. ff. de
 appellat. recipien. vbi dicitur quod à iudice re-
 pellente alicuius petitionem in causa, qua
 ius ei denegat audientiam, appellacioni in-
 terpositae deferendum non sit. ibi, audiri de-
 siderium prohibetur, & si ob eam causam
 prouocauerit, appellatio eius recipi, sacris
 constitutionibus vetatur, & c. quod nos alti-
 tius examinauimus superius p. 2. c. 8. ad me.
 vbi per totum capitulum egimus de dene-
 ganda appellacione, vbi lex denegat au-
 dientiam parti. ac desuper facit, quod dicit
 in proposito Capici. d. decis. 34. num. 2. late
 Gratian. decis. 54. n. 1. & per totam, quod
 quando dux sententia sic se habent, vt se-
 cunda sit executio prioris, si non potest ap-
 pellari à prima: pariter nec poterit appellari
 à secunda, quae fuit doctrina Bal. in l. si cum
 executione. §. hac autem. ff. de eo quod metus caus.
 & faciunt quae de mandato de exequendo
 nos diximus late supra 2. p. cap. 3. per totum,
 ergo idem in nostro casu venit necessariò
 dicendum, quod cum reuera appellatio non
 admittitur

admittitur in causa principali, nec admitte-
 tur emissa à iudice illam reiciente, seu non
 deferente.

18 Insuper probatur, nam ex quo lex in causa
 reuera prohibet appellacionem, si admitte-
 retur ab eius reiectione, de nihilo feriret
 prohibitio, quia in effectu idem esset, cum
 pariter suspenderet iudicis iurisdictionem,
 & impediret sententiae, seu etiam senten-
 tiarum trium conformium executionem, &
 sic quando ius prohibet, prohiberi etiam
 debet à iudice illam repellente, quia quod
 vna via prohibetur alicui, ad id alia non de-
 bet admitti, & cum quid prohibetur, cen-
 setur prohibitum omne per quod perueni-
 tur ad illud. text. in l. Horatio ff. de sponsali-
 bus, quo etiam argumento in specie appella-
 tionis prohibite vtuntur B. in l. vii. num. 4. c.
 si de momen. poss. suer. appella. Meno. de adipi-
 sion. poss. rem. 4. num. 816. quod pertinet, quod
 Ancaran. conf. 38. Card. Tusc. concl. 10. i. poss.
 num. 11. 1. tom. nam si hoc casu admittetur,
 nulla sententia effectum fortiteretur, nec exe-
 queretur, nec iudicium aliquod finem ha-
 beret, cum semper ab abnegata appellacionis
 admissione pars prouocaret, & sic su-
 spenderet semper iudicis iurisdictionem.

12 Ceterum quoniam eo ipso quod ius ap-
 pellationem prohibeat, à denegatione ite-
 rum emissa iuris contraria est, quia ei ius re-
 sistit, ac ideo non habet ad iudicium iuris,
 omnique eius fomento caret, quapropter
 ei tanquam iustitia destituta, deferendum
 non est, secundum Bal. doctrinam in c. pastor.
 colu. 2. de off. deleg. III. conf. 187. colu. 6. vers. ubi
 conuenit. Rolan. à Valle conf. 77. n. 2. 1. volu. 2.
 tom. 1. quia contra ius sunt, debent utique,
 23 pro infectis haberi, l. non dubium c. de leg. qua-
 re friuola dicitur merito, cum nihil prodesse
 potest, nec vllam vquam iuris effectum
 sortiri, iuxta ea quae nos late ex Philippo
 Franco Maran. Manuel. Rodr. Menoch. &
 24 aliis diximus supra hac 3. p. cap. 6. quia quo-
 cumque vadat, semper iniusta iudicanda
 est, ex quo semper ius excludit, & reprobatur
 eius fundamentum, ex quo dicitur, appellan-
 dum non esse à causa principali, & iudex ap-
 25 pellationem huiusmodi repellens, iuris exe-
 cutor est super determinatione iuris, & sen-
 tentia, à quo quidem hoc casu non licet ap-
 pellari, cum potius ab ipsa lege, & eius di-
 spositione interiecta appellatio iudicatur,
 iuxta text. in c. consuluit 29. de appella. text. in
 c. cum in cunctis. de election. lib. 6. text. in c. rela-
 tum. de cler. non resid. ex quibus probatur ab
 eo, quod sit secundum legem, & iuris di-
 spositionem, & canonicas sanctiones, iudi-
 cèque eas exequente, appellacioni emissa
 minimè deferendum, de quo nos exactissi-

mè & accuratè examinauimus, multa con-
 gerentes supra hac 3. p. cap. 6. per totum, pro
 quo facit illud Actuum Apostolorum. c. 9.
 Durum est contra stimulum calcitrare. 26

Quibus quidem conuenit, quod ex Bal. 27
 in c. sua nobis, de appella. notant ibi Doctores,
 nempe Ioan. Anto. de Sancto Georg. num. 8.
 & Philipp. Franc. colu. 3. vers. sed quaritur, si est
 tertio appellatum, vbi se remittit ad se ipsum
 in c. directe eodem tit. dicit igitur Bal. quod in
 tantum non potest tertio appellari in aliqua
 causa, seu articulo, vt sententia super tertia
 appellacione lata, sit ipso iure nulla, cum
 sententia lata contra sententiam, translata
 iam in rem iudicatam, est nulla ipso iure, 28
 iuxta text. in l. 1. c. quando prouoca. non est ne-
 cesse, cum similibus, quod licet Bal. ipse de-
 clarat, & intelligat ibi, hoc procedere, quan-
 do esset per aduersarium exceptum, & pro-
 batum, scilicet exactis processibus de duabus
 appellacionibus praecedentibus, vt secus sit,
 quando exceptum, & probatum non est,
 quia hoc casu validam esse sententiam, pu-
 tar: tamen contrarium aduersus illum (&
 rectè) affirmat Philip. Franc. in d. c. directe.
 colu. 4. vers. ostensa conclusio sit, & c. vt scilicet
 indistinctè, & in hoc casu sententia virtute
 tertia appellacionis nulla sit, iuste motus,
 quia prima sententia confirmata per duas
 appellaciones, & sententias, non potest
 rescindi, de si appellat. de appella. clem. 1. de re iud.
 & probat ratione (quam dicit euidentem)
 tertia appellatio non valet, iuxta text. in d.
 c. sua nobis. & l. vnic. C. ne lice. ter. prouo. ergo
 non deuoluit causam ad superiorem, vt di-
 cit Immol. in eodem c. sua nobis. circa med. ergo
 eius sententia ex defectu iurisdictionis nul-
 la est ipso iure, & hoc quando non fuit ex-
 ceptum, vt inquit ille.

At verò quando fuit exceptum, & in du-
 bium reuocatum super ipsa tertia appella-
 tione, & iudex pronuntiaffet se competen-
 tem, & partes coram eo litigauerunt, tunc
 sententia lata valeret bene, prout in simili
 dicunt Innocent. & Doctores in c. super lite-
 ris, de rescript. ad intellectum. & clem. si appella-
 tio. & ad intellectum c. primi de rescript. in 6.
 vbi notat per Lapum. & quod in simili di-
 cit Innocent. in cap. 1. de confirmatione vtil.
 vel inuti. & quod late ipse idem Philip. Fran-
 in c. ex ratione in memb. 8. princ. de appella. &
 ita hanc opinionem Philippi Franci mihi proba-
 bilior videtur.

Amplius & haec pars sulcitur ex text. in d.
 c. sua nobis. de appella. vbi postquam auditor
 cui causa commissa fuit, interloquitus est,
 partem alteram minimè potuisse tertio pro-
 uocare, mandauit Pontifex ipsi iudici, vt
 ulterius in causa illa non procedat, parti-
 que

que perpetuum imposuit silentium super illa, attentatum vocans, quidquid in posterum gestum fuerit, &c.

Et sic sequitur ex supradictis, quod quando reiectio appellacionis, seu non admissio, ac denegata delatio cadit super causa, seu articulo privilegiato, illam non admittente, vel aliter prohibente, quia tunc a reiectione, vel repulsione appellacioni non deferens, vim iudex non faciet secus autem quando interponitur a reiectione appellacionis emissæ a sententia, seu articulo, quo de iure rectè permittitur appellatio quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum simul, quia tunc ut iustæ, & legitimæ omnino deferendum esse, aliter vim faciet iudex, ita dicit Matth. de Afflict. in præmio constit. Neapolit. num. 48. quod si iudex Ecclesiasticus non admittat appellacionem ab eo interpositam in casu, quo de iure interponi poterat, iuxta notata in c. sepe, de appellatio. & ab eo non fuisset admissa, quod poterit & a reiectione appellari, & appellatio iusta, & licita est, & suspensionem parit. Matth. de Afflict. sequuntur Roland. à Valle conf. 37. num. 13. vol. 1. Salced. in additio. ad praxim Benar. Diaz in c. 150. num. 18. post medium. Sequitur Cened. in collectan. ad decreta. collect. 17. num. 3. qui quidem omnes ex hoc inferunt, quod si pendente hac appellacione a reiectione appellacionis a sententia emissæ, quam ius permittit, petierit, pro sententia huiusmodi executione auxilium iudici seculari, iste illi iuste denegabit illud, postquam sibi fuisset competum, cum certi iuris sit, huiusmodi appellacionem suspendisse iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, & eius sententiam.

Et in expresso, quod è converso, quando scilicet interponitur appellatio a causa, seu sententia; siue interlocutoria, siue diffinitiva, eam non admittente, vel a iudice procedente appellacione remota, vel quado alias minus legitimè appellatio proponitur, puta ultra terminum, & sic in casu, quo probabiliter iudex iuste delationem, & admissio nem recusavit, ut in hoc casu non procedere superiore doctrinam probant expressè Salced. ubi proxime d. num. 18. vers. hac tamen communis, & verissima sententia, & Cened. d. collect. 17. d. num. 3. vers. hac tamen omnia verissima sunt, & sentit Capic. dec. 34. num. 5. in fi. & num. 6. qui loquitur in denegacione appellacionis a sententia lata in possessorio, ibi, etiam si appellare a decreto potuisset, &c.

Et quod a sententia interlocutoria, qua reijcitur appellatio: non admittitur appellatio. tenent B. in l. 1. in fi. vbi Mathen. n. 4. C.

quorum appell. non recip. Matt. conf. 529. n. 30. Cephal. conf. 185. num. 3. lib. 2. Contar. in l. vni. C. si de non poss. succ. appell. quest. 1. inibihibitionis num. 9. & q. 1. num. 27. usque ad num. 31. quos sequitur Gratian. dec. 8. a. num. 3. quos intellige secundum nostram doctrinam, nempe quando iuste iudex appellacionem reiecit, quia sic natura causa petebat, vel quia erant res conformes, vel alia iusta de causa, ut constat ex eodem Contardo, ibi d. q. 5. & Grati. num. 5. dum post Alexand. in addit. ad Bar. in d. l. 1. C. quorum appell. non recip. dicunt, quod ad reiciendam appellacionem, causa debet esse aperta, propter quam iudex appellacionem reijcit. vide num. 39.

Et quatenus autem Gratia. ubi proxime a num. 3. & seqq. faciat distinctionem, interiectam appellacionem absque causa cognitione, & partis citatione, & reiectionem sine illa, ut in primo casu non admittatur appellatio a reiectione, in secundo autem sic, procedit in iudice ad quem, facientem hanc declarationem, ut constat ex Contardo, Bar. & aliis ab eodem Gratiano citatis, & post eos Ricci. in loco statim citandis, secus autem quando a iudice inferiori reiectio facta est, quia tunc non est necessaria alia causa cognitionis in hoc, cum ipse habeat notitiam status negotij, & eius nature.

Et quod a reiectione appellacionis, quando causa illa prohibens est aperta, non possit appellari, probat novissimè post Alexand. B. in l. 1. C. quorum appell. non recip. & Contar. in d. l. unica q. 5. tenet & sequitur Aloyf. Ricci. in practi. dec. 2. p. dec. 107. a num. 7. & præcipue.

Et ad Capicium, superius per nos citatum, in d. dec. 34. num. 6. & 7. Franch. in c. cum speciali §. porro. num. 8. de appella. Angel. de Perul. in l. 1. in fi. C. quorum appell. Nat. conf. 529. iudex ecclesiasticus num. 30. Contar. in l. vni. quest. 5. sub num. 30. vers. postem tamen. C. si de momen. poss. dum simpliciter dicunt, esse licitam appellacionem a reiectione, seu non admissio appellacionis, responderetur, ut procedant, quando reijcitur in casu, quo iure non reperitur prohibita, secus autem quando notoriè constat, illo casu appellacionem de iure esse receptam, tenet & declarat Sigism. Escaci. de appella. q. 17. lim. 47. memb. 1. num. 166. per tot. præcipue vers. declara secundo, Contard. autem ipsum se declaravit in d. l. vni. q. 5. & hoc casu non obstante appellacione a reiectione appellacionis non admittente, posse iudicem ad vteriora procedere, firmat Escacia ibi, ex iis, quæ ipse scripserat q. 11. num. 11.

Quia quando est notorium, vel manifestum appellacionem esse nullam, seu iniuriam,

stam, aut non recipiendam, potest iudex a quo, licet ad executionem sententiae procedere, non obstante appellacione, Specul. tit. de appella. §. nunc dicamus. sub num. 8. lib. 2. fol. 194. Ioan. Andr. in c. pastoralis. num. 11. de off. deleg. Franc. in c. constitutus 45. sub nu. 18. de appella. Roland. à Valle conf. 77. viso, sub num. 5. lib. 2. Rot. dec. 35. alias 234. si rector. de appellatio. in noviss. Caputaq. dec. 32. attentare. & latius dec. 328. seu 3. executio sententiae num. 2. p. 1.

Secus si sumus in dubio, quia tunc regulæ permixtæ appellacionis stādum est, dum de exceptione, & limitatione non apparet, pluribus relatis tenet Petr. Surd. conf. 180. num. 9. Aloyf. Ricci. practi. dec. 2. p. dec. 107. num. 2. & 3.

Pro quibus etiam facit, quod eleganter dicit Philipp. Franc. in c. interposita, col. 3. post med. vers. quinto limita. de appella. vbi dicit, quod omni casu, quo constat ex iuris dispositione appellacionem fore legitimam, puta; si est appellatum a diffinitiva, & quia illa non fuerit admissa, iterum appellatur, censetur iustificata talis appellatio eo ipso, quod appellatio a diffinitiva non admittitur, c. 1. §. his qui. & c. cum appella. de appella. lib. 6. secundum Hostienf. & Io. And. pro quo etiam allegat text. in l. si cuius ff. de appella. recip. hoc tamen intelligendū esse declarat ipse Franc.

ibi non procedere quando appellatur in casibus a iure prohibitis, secundum ea, quæ habentur in c. Roma. §. quod si obijciatur, de appell. lib. 6.

Itaque ex supradictis rectè deducitur duplex conclusio: Prima quod appellacioni interpositæ a iudice repellente, seu non deferente appellacioni emissæ in casu aliis prohibito, & inappellabili, seu privilegiato, non deferens vim non faciet. Secunda poterit esse conclusio, quod appellacioni interpositæ a iudice repellente, seu nolente deferre appellacioni interiectæ in causa, qua appellare, ius permittit, si iudex Ecclesiasticus non detulerit, vim facere, declarabitur ex superius dictis, prout etiam in casu violentiæ, seu nostri recursus loquitur Cened. vbi supra.

Insuper hæc secunda conclusio confirmatur, ut huiusmodi appellatio a denegata appellacione (vbi ius permittit) sit iusta, & legitima ex eo, nam quando reijcitur beneficium concessum per ius commune, licita est appellatio, vbi siquidem denegatur obferuantia iuris communis, ibi inferitur gravamen, ac propterea valet appellari, text. est in l. 1. §. si quis tutor. ff. quando appellandum sit, ibi, & si fuerit repulsa, &c. l. excusationes C. de excusatio. tuto. l. si quis pronocatione. C. de appella.

Speculat. tit. de appella. §. in quibus num. 30. vers. ceterum si iudex. & ibi Additionat. Bald. conf. 378. num. 2. lib. 3. Cardi. Tusc. concl. 359. tom. 1. plures citavi c. seq. a num. 35. & 4. p. c. 7. a num. 10. Ergo beneficium appellacionis iure communi ad præsidium oppressorum institutum, si auferatur, legitima erit causa appellandi.

Pro quo facit adhuc, quod dicit Paul. Castr. in l. 3. C. de appellat. quem refert, & sequitur Iff. conf. 187. circa primum col. 6. vers. quando accedat lib. 2. & Roland. à Valle conf. 77. num. 3. lib. 2. Lancelo. Robert. de assent. 2. p. c. 12. amplia. 5. num. 3. & 4. quod si iudex a quo noluerit deferre, & recipere appellacionem, dicens, quod non potest interponi, quia causa erat inappellabilis, vel bis iam appellauerat, ut in casu d. l. vni. C. ne lice. 3. prout si tamen reuera appellatio iure tenet, ac minus iuste repellitur, tunc iudex nihil debet innovare; quod si fecerit, indistinctè reuocabitur, quia cum appellatio de iure teneat, licet non sit recepta, causat attentata ministerio iuris, & potentia, text. expressus in l. 1. & ibi Doctores toto tit. ff. nihil novari appellacione pendente. Pro qua doctrina est etiam text. expressus in l. ei cuius. & in l. sciendum ff. de appella. recip. Specula. tit. de appellatio. §. nunc dicamus num. 8. versum appellacione, lib. 2. fol. 194. Gregor. Tholos. tract. de appellat. lib. 6. c. 12. num. 2. Franc. in c. sepe n. 14. & in c. vi debitus, sub num. 42. de appellat. Angel. Areti. in l. 5. si cuius num. 1. de appell. recip. Roland. à Valle conf. 77. viso, & bene sub num. 4. & num. 5. & seqq. lib. 2. Escacia de appella. q. 11. num. 10. Lancelo. de assent. 2. p. cap. 12. in præfatione num. 110. quamvis quando non recipiantur a iudice appellaciones, quas de iure recipere, & deferre tenebatur, tamen causant attentata, & deuoluunt ad superiorem, & conquefcit iudicis officium, quia inhibetur a iure.

Nec iis obstant fundamenta in prin. pro contraria parte adducta, quæ parum vrgent facta supradictorum reflexione. Non primum, cui dupliciter responderetur, nam licet vim habeat diffinitivæ interlocutoria super impotentia appellandi, tamen ab ea non permittitur appellatio, quando iudex iuste, & iure eam tulit, puta quia causa reuera non patitur appellacionem, ex rationibus specialitatis superius adductis, excludentibus huiusmodi appellacionem, prout videmus in sententia super desertione cap. seq. & sic fallit in hoc casu. Et secundò responderetur, ut procedat, & locum habeat in secunda conclusione superius posita, nempe, quando emittitur appellatio a reiectione appellacionis a iure admixta.

- 50 Nec obstat secundum, cui pariter responderetur, ut procedat prout ferè omnes Doctores in eo citati loquuntur, scilicet: ut appellatio à reiectione appellationis sit legitima, quoties appellatio reiecta iure non prohibita, sed permissa est, quorum superius mentionem fecimus, & ad idem citauimus: secus autem ubi appellatio à reiectione hoc iusto fundamento caret. Illud autem, quod
- 51 ibi diximus, necesse esse, appellari iterum à reiectione appellationis intelligendum, & declarandum censo, quando iudex parte opponente, & per causæ cognitionem, scilicet ex inspectione actorum, interlocutoriam tulerit; repellendam appellationem, seu non deferendum.
- 52 Pro quo suppono, quòd cognitio, an appellatio sit iusta, & legitima necne, potest fieri duobus modis: vno modo ad sciendum, an sit deferendum necne, appellationi interpositæ. alio modo an appellatio sit legitima, & admittenda necne; Primo casu talis cognitio spectat ad iudicem à quo, an debeat deferre, vel non, appellationi ad effectum exequendi, vel ne, suam sententiam.
- 53 Secundo autem casu spectat cognitio ad iudicem ad què, iudicaturus, an appellatio sit legitima, & prohibita, nunc ad effectum illam admittendi, vel non, l. Chirograph. §. vbi B. in 1. notab. ff. de admini. tuto. c. dilectus filius de rescript. Specula in tit. de appella. §. nunc dicamus num. 2. & 3. & num. 9. Bal. in l. appellatio num. 8. C. de appellatione. & in cap. pastoralis §. preterea num. 5. de offi. deleg. Fran. c. constitutus, num. 19. & in c. de priore num. 1. de appella. & est communis, ut per Iserniam testatur Contar. in l. vni. C. si de mom. poss. fuer. appell. quest. 19. num. 9. & latius quest. à num. 16. cum seqq. vbi multa notabilia ponit in materia; inter quæ, & illud, quòd quando appellatio euidenter
- 54 est calumniosa, tunc sine dubio talis cognitio spectat ad iudicem à quo, non autem ad iudicem ad quem, ut per Ioan. Andr. Butri. & Bella. in locis ab eo citatis num. 19. supradicta sequitur Farinac. in prax. crim. 2. tom. q. 38. num. 29. nec dissentit Lancelo. de attent. 2. p. c. 12. ampliatio: §. num. 2. & de praxi testatur Iul. Clar. quest. 64. vers. sed quid agendum. comprobatur Cyri. in summa crimi. rub. 31. de appella. §. ff. num. 1. fol. 170.
- 55 Tunc igitur si à parte opponatur de impotentia appellandi, vel deferendi iuxta terminos text. in d. c. sua nobis, de appella. quæ ibi Bal. & Ioan. Anton. de Sancto Georgio n. 8. Fran. in colu. 3. vers. sed queritur, & idem in cap. directè concl. 8. eodem tit. debet adhibere causæ cognitionem, scilicet ex inspectione actorum. tenet Philip. Franc. in c. cum speciali §. porro, colu. 4. de appella. Lancelo. de atten-

ta. 2. p. cap. 12. ampli. §. num. 13. vltra quos probat Bar. post glossam in l. 1. in fi. C. quorum appell. non recip. Capic. decisi. 34. sub num. 11. & Bartol. etiam sequitur Bertachi. in reperio. verb. appellatio admittitur. etiam citatio & præsentia partium debet adesse, vt Innocent. in c. pastor. §. preterea, colu. 2. de off. deleg. adductus supra in d. 2. argum. per quem ita eleganter aduertit Capic. vbi proximè num. 8. & supra, vbi optimè discuit. Pro quo etiam facit, quod dicit Bertachi. in reperio. verb. appellatio admittitur, vers. 36. per Cardina. in clem. 2. §. 1. quest. 2. de appella. vt appellationi an deferat iudex, debet appellanti notificari, ac tandem suam interlocutoriam iudex profert. text. in d. c. sua nobis de appella. c. cum super Abbat. de off. deleg.

Vnum tamen necessarium est aduertere; quòd hæc interlocutoria iudicis à qua denegat appellationem; nihil rei veritati officit, nec impedit, ac enervat vires appellationis, nec etiam hæc cognitio impedit cognitionem iudicis ad quem, ad cognoscendum, an de iure sit vt legitima admittenda, necne, & poterit eam reuocare, text. est elegans in d. c. super Abbat. Specular. in tit. de appella. §. nunc dicamus, post med. Philip. Franc. in c. vt debitus honor. colu. 19. in princ. de appella. sub vers. in glo. in verb. ex rationabili causa. Capic. vbi proximè d. num. 11. idem Fran. in c. cum appella. de appell. num. 2. idem facit quod Foller. in practi. crim. verbo, & si consistebuntur. in 3. p. 3. p. post nu. 5. Carauit. super ritu magne Curie 259. num. 10. Fari. in practi. crim. 2. tom. quest. 38. num. 8. facit insuper doctrina Pauli Castr. in l. 3. C. de appella. & sequentium supra relat. & optimè text. in l. ei cuius, & l. sciendum ff. de appella. recip. & sic quando parte opponente, & cum causæ cognitione ac interlocutoria appellatio reijcitur, tunc necessaria est dicta appellatio à reiectione, quod declara, vt etiam sufficit, vt appellans insistat in appellatione reiecta, licet iterum à reiectione non appellet, vt dicit Cardin. in d. §. preterea. per quem etiam Capic. supra à num. 12.

Secus autem est dicendum, quando iudex simpliciter & absque oppositione partis, causæ cognitione, & similiter, appellationem reiecit, vt puta quando simpliciter dicit, repellatur appellatio, aut non admittatur, aut non est locus delationi, aut dicat, audiatur, seu adiciatur processui, seu actis, seu intimetur parti, & similiter, nam tunc non est necessaria appellatio alia, sed ius operatur. Quod fallit, quando iudex ita simpliciter, & absque causæ cognitione reiecit appellationem, tanquam friuolam, quia tunc requiritur appellatio alia, cum aliter

videtur

videtur assentire, appellationem esse friuolam, vt ex Zabarel. & Tusc. supra dixi ad finem secundi argumenti contrariæ partis, & idem ego admitterem, quando iudex similem causam in reiectione adiecerit, puta, quia est tertia appellatio, & similiter ex identitate rationis c. vltra hos casus autem appellatio à reiectione necessaria non est. Philip. Franc. in c. constitutus, colu. vlt. de appella. sequitur Capi. d. decisi. 34. num. 12. & est text. in c. super Abbat. de offi. delegati.

CAPVT XVIII.

A iudice deferente appellationi minime deferendæ, seu etiam ab eo reuocantè delationem, procedentè que ad suæ sententiæ executionem, seu ad vltiora: appellationi interiectæ non deferens, vim an faciat. & quid à declarante appellationem à diffinitiuâ deferam.

S V M M A R I V M.

Per delationem appellationis iudex abdicat à se omnimodam iurisdictionem, & in superiorem transfert. n. 1.

Sine appellatio sit interposita ab interlocutoria sine à diffinitiuâ. ibid.

Sine delatio fiat in casu appellabilis, sine etiam ubi erat prohibita appellatio, quia iudex non poterat ad executionem vltius procedere impediendæ delatione. n. 2.

Delatio appellationis cum clausula (si & in quantum) pendet à iuris dispositione, quia non intelligitur delatum, ubi ius prohibitionem prohibet. n. 3.

Delatio appellationis & inhibitiō pariter procedunt in tollendâ iurisdictione, etiam ijs casibus quibus iudex à quo poterat appellatione non obstante exequi. n. 4.

Inhibitiō suspendit iurisdictionem iudicis à quo, etiam ubi aliàs poterat exequi, quia sententia erat privilegiata. num. 5. vt in exemplis. ibid.

Iudex potest pendente appellatione ab interlocutoria merè procedere ante inhibitionem. n. 6.

Iudex appellatione pendente ab interlocutoria habentè damnnum irreparabile, vel preiudicium, causæ principali supercedere tenetur. n. 7.

Inhibitiō emanata vigore appellationis à merè interlocutoria intimata iudici à quo, impedit processum ad vltiora, & debet supercedere. num. 8.

Appellationi à delatione appellationis interposita à sententiâ & iudicio privilegiato, an sit deferendum. n. 9.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Delationem appellationis non deferendæ iudex an possit reuocare. n. 10.

Iudex non potest semel ad se abdicatam iurisdictionem per delationem reassumere. n. 11.

Iudex non potest semel ad se abdicatam iurisdictionem per delationem reassumere, etiam de consensu partium. n. 12. contrarium n. 57.

Etiam si iudex detulerit sine expresse, sine tacite. n. 13.

Deferre appellationi tacite censetur iudex, quando concedit apostolos reuerentiales, seu remisforiales. num. 14.

Delatio tacita inducitur quando iudex dedit ipsa acta pro apostolis. n. 15.

Delationis vim habet denegatio apostolorum, vel quando iudex requisitus non tradat illos intra tempus. n. 16.

Delatio appellationis an probetur per verba notarij dicentis, quia iudex benigne recepit appellationem. n. 17. remisitue.

Delatio an inducatur ex assignatione termini ad proseguendam appellationem. n. 18.

Iudex à quo etiam post delationem potest praesumere terminum appellantis ad proseguendum sine incontinenti, sine ex intervallo. n. 19.

Deferre appellationi & terminum praesumere ad proseguendum non est idem. n. 20.

Delatione appellationis minime deferendæ procedente, etiam sine reuocatione posse iudicem exequi sententiam privilegiatam, qui teneant. num. 21.

Non quod sit, sed quid fieri debet, est attendendum. n. 22.

Delationem reuocare, & iurisdictionem reassumere, atque vltius procedere potest iudex, si sententia sit privilegiata, seu aliàs inappellabilis, contradicente scilicet, & appellante appellato, in cuius fauorem est denegata appellatio. num. 23.

Rota Romanae determinatio in hoc articulo referatur. num. 24.

Causa mercedis non recipit appellationem suspensiuam. n. 25.

Pars cuius interest appellationi non deferenda ne deferatur, si non contradicatur, aut appellet à delatione, ipsam iudex proprio motu non potest reuocare. n. 26.

Non contradicente appellato cui delatio officit appellationis friuolæ, potest iudex à quo super iniuria causæ valide procedere. n. 27.

Delatio appellationis non deferendæ operatur suos effectus non contradicente appellato, cui delatio nocet. n. 28.

Probatio qua non debuit admitti, admissa tamen valet. n. 29.

Delationem iniuriam potest iudex reuocare, & sententiam privilegiatam exequi, secuta contradictione partis appellata, cui delatio officiebat. n. 30.

v Dela